



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXVII. In festo autem dimittebat eis unum captium, quemcunq[ue] postulassent. Erat autem quidam qui dicebatur Barrabas, uinctus cum seditiois socijs, qui cædem per seditionem fecerant. Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

isaie 30.
loam. 14.

nuē fateamur quod verum est, ne vel nostro officio vel aliorum saluti defuisse videamur. Quia in tales incidimus, qui vel ignavi nos tueri nolunt, vel etiam iniqui nos oppressos cupiunt, p̄nam rem omnem Deo committimus. Tunc enim maxime illud prophete complectur. In silentio & p̄ter fortitudo vestra: nec unquam suis deerit Christus Iesus, cuius vox dulcissima est: Non relinquit vos orphanos. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A CXXVII.

In festo autem dimittebat eis unum captiuum, quemcunq; postula-
sent. Erat autem quidam qui dicebatur Barrabas, uinctus cum seditio-
nis socijs, qui eadem per seditionem fecerant. Et cum exclamasset tur-
ba, cœpit petere sicut semper fecerat ipsis. Pilatus autem respondit eis,
dicens: Vultis dimittam uobis Regem illum Iudæorum? Nouerat
enim quod per inuidiam tradidissent Principes sacerdotum. Sed prin-
cipes sacerdotum concitauerunt turbam, ut potius Barrabam ipsis di-
mitteret. Pilatus autem respondens, rursum dicit eis: Quid ergo uultis
faciam ei, quem dicitis Regem Iudæorum? Ipsi uero rursum clamaue-
runt: Crucifige eum. Pilatus autem dicebat eis: Enimvero quid malife-
cit? Illi autem amplius clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus autem uo-
lens turbæ fatiscere, dimisit ei Barrabam: & Iesum flagellatum tradi-
dit ut crucifigeretur.

Argumentum
& usus præ-
sentis loci.

Quemadmodum Dominus & saluator noster Iesus Christus in sua passionis et mortis historia suo exemplo docet, quæ omnibus seculis suorum in hoc mundo fors futura sit, et quid ipsi in persecutionibus facere conueniat: Ita vicissim in aduersarijs illius apparet, quod sit mundi huius et omnium eorum ingenium, quos Dei cognitio nondum illustrauit: Quorum alij deriuati palam aduersantur, alij uero etsi hostes uideri nolunt, illam tamen turpiter nimis suo patrocinijs desunt. Et huc faciunt quæ hucusq; de sacerdotibus et Pilato audiuius. Illi enim plus quam belluarum inflammati Christum omnino occisum uolunt. Hic uero etsi innocentem esse intelligat, tamen propter illum nec periclitari uult, nec alicuius odium subire, sed ad artes conuertitur, et primo ad Herodem transmittit Christum, ut causam inuidiæ & odij plenam in illum deriuet. Sed hoc unum proficiscit, quod & innocentia Christi ex Herodis testimonio magis elucescit, et ipse suam inuicem maiori cum dedecore prodit, quando eum condemnat, cuius innocentiam tot testimonij sceleris comprobata. Sequitur enim noua actio, quam eodem consilio, sed euentu infelicioi Pilatus assuuit, in qua multa concurrunt, quibus docemur, quanta improbitate falsi artifices Christum oppugnent, et quam frigide eundem defendant magistratus, quos uera pietatis sensus nondum effudit, quam item infelix sit consiliorum eiusmodi euentus, quæ ex ratione humana potius quam Dei uoluntate petuntur, si quando ueritas & illius sectatores aduersus impiorum insidias defendi debent. Quæ ut rectius intelligantur, primo consuetudinem publicam uidebimus, quæ hinc et illatione octo agnom dedit: deinde de singulis ex ordine dicemus.

In paschate
unus ex capti-
uis dimitteba-
tur.

Consuetudinem fuisse scribunt Euangelistæ, ut Romanis præses in die festi paschalis ex captiuorum numero unum populo donaret, quem ille sibi dari petisset. Fuit autem hic uetus mos, non p̄dem à Deo traditus, sed ab hominibus superstitionis inuestus, qui præpostera hac misericordia, ut potius indulgentia, liberationis Aegyptiacæ memoriam honoratiorem reddere, adeoq; Dei iustitiam uideri uoluerunt, si ille patres ipsorum ex tristi seruitute liberauerat, ita ipsi quoque aliquando captiuum & mortis reum dimitterent. Et morem hunc Romani illis reliquerunt, ut populo Iudæorum faciliore uiderentur. Ita enim mitigari & demulceri solent, quibus amissa libertas daret, quæ facilius in officio contineantur. Hic uero superstitionis ingenium nobis considerandum uenit, quæ contenta ijs, quæ à Deo bene & utiliter instituta sunt, insuper de suo aliquid addere cupit, hoc p̄dem zelo, sed inconsiderato, et qui ea ferè instituit, quibus Dei instituta uoluntate, et cum p̄dem

diencia manifesta coniuncta sunt. Est hoc videre in presenti. Festi enim huius rationem perfecti
 tradiderat Deus, que & latam veteris beneficii commemorationem, & futuram in Christo redem-
 ptionis typum luculentissimum continebat. Ne tamen parum religiosi videantur, hanc quoque con-
 suetudinem inuenerunt, vt eodem die aliquem ex facinorosis dimitterent; & vt suam audaciam po-
 puli consensu tuerentur, huius arbitrio rem omnem subicerunt, qui plerumq; in eiusmodi casibus in-
 eptè & iniquè iudicare consuevit. Erat hoc & iustitia publica & diuini cultus legibus aduersum.
 Deum enim obedientia potissimum coli constat, iuxta illud: Obedientiam volo, & non sacrificium.
 At idem facinorosos plebs vult, non defendi, & grauiter monet, ne pauperis quos, misereantur iu-
 dices, quos ille iustitie executores constituit. Et Solomon Deo perinde exosum esse ait, qui impium
 absoluit, vt qui iustum condemnat. Peccarunt igitur hac sua consuetudine Iudæi, & hodie similiter
 cum illis peccant magistratus, qui proposita misericordia sceleratis parcunt, quos gladio sibi diui-
 nitus commisso excindere debebant, & idem illis omnibus quod Achabò dicitur: Quia dimisisti virum
 dignum morte, erit anima tua pro anima illius, &c. Nec dissimilis multum illorum culpa est, qui vo-
 ta monasticis obstricti diuina precepta negligunt. Solent autem omnes isti sua hoc cõmentã pertinã-
 ceter tueri, seq; magna iniuria affici putant, si quid ex illis decedat, sicuti ex hoc Iudeorum exemplo
 patet, quos clamauisse scribit Marcus, vt pro solito more Pilatus illis, quem vellent, dimitteret. Sed
 quàm infelix sit eiusmodi institutorum exitus, presens historia abundè docet, quando hac occasione
 Dei filius ad mortem condemnatus est, vt modo dicitur.

Exod. 12.
1. Sam. 15.
Deut. 19.
Exod. 13.
Prouerb. 17.
Rom. 13.
1. Reg. 20.

Pilatus enim hinc consilij pestimi & iniquissimi occasione sumit, & cum inter captiuos Bar-
 abas quidam esset, homo seditiosus & latro, & publici alicuius mali primarius author, illum ex omni-
 bus deligit, quem Christo componat, sperans nimirum, nunquam adeo iniquos vel impudentes fore
 Iudeos, vt Barrabam potius quam Christum postulaturi essent, cuius & innocentia omnibus com-
 perta erat, & beneficia in totam gentem Iudæicam infusa extabant. Astudè ergo à populo impera-
 re cupit, quod ipse sine sacerdotum offensione prestare non poterat; nimirum vt liberetur Christus.
 At quàm parum profecerit hoc suo consilio, postea dicitur. Nunc obseruabis, eos qui ab isto Dei ti-
 more semel exorbire ceperunt, suos affectus secuti, subinde in peius proficere. Nuper enim audiui-
 mus, Pilatum Iudeorum improbitatè mox deprehendisse, & in presenti Marcus illum sciuisse scri-
 bit, quod principes sacerdotum illum ex inuidia tradidissent. Quia verò homines potius quam Deum
 & ab hoc sibi commissum munus respicit, ne Sacerdotum odia in se prouocet, Christum Herodi trans-
 misit, quod vt iniquum erat, ita Romani Imperij dignitati non parum derogabat, cuius defensorem
 & vindicem acerrimum agere debebat. Nunc verò, cum Herodis testimonio & exemplo monere-
 tur, qui ipsi Christum remiserat, turpius agit, quando quem sanctum iustumq; esse sciebat, cum latro-
 ne confert, & mobilis vulgi iudicio subijcit, quem vel iniustus omnibus eueri debebat. Et ne hic quidem
 pedem sistit, sed postea eundem flagellis cadi curat, si vel ea ratione populi furorem mitigare possit.
 Insuper ne rororis quidem sula admonitione mouetur, que in somnijs tristibus exagitata monebat,
 ne quid in virum iustum & infontem designaret. Pergit enim, & vt Iudeorum libidini satisfaciãt,
 Barrabam liberè illis dimittit, Christum verò crudeli & ignominioso crucis supplicio condemnat. Sed
 ita ferè solent magistratus, qui nullo Dei timore tenentur. Et si enim sui iuris & dignitatis acerrimi
 vindices esse solent, & in rebus priuatis facile omnes negligant, quando tamen Christi & religio-
 nis causa agitur, mox ignaui languent, & qui optimi videntur, ad artes & compositiones eius-
 modi conuertuntur, ne quem offendant. Et in illis quidem sibiipsis mirifice placent, cum illarum exi-
 tus plerumq; infelicitissimus sit, sicuti paulò post patebit. Nequis enim fieri, quin eiusmodi composi-
 tionibus & comparationibus factis, vel impij praualeãt, quorum maior semper est numerus, vel impru-
 dens & mobile vulgus ignorantia aut cæco affectu abreptum in peiorem partem declinet. Fit ergo,
 vt qui Christi causam semel deseruerunt, & in hominum gratiam illum (vt sic dicam) flagellari si-
 nunt, tandem illum, velint nolint, etiam crucifigere cogantur: quod Pilato euenisse historia docet.
 Discant igitur magistratus Dei & religionis causam fortiter & ingenuè agere, ne dum mundi re-
 spectu & carnis ratione ducuntur, & Veritatè turpiter prodant, & ignominiam sibiipsis perpetuam
 consciant, vt Pilatum fecisse videmus.

Caluri de iustis videantur
 nos oppressos capiamus
 a compleur. In pietate
 dulcissima est: Non
 eternum. Amen.

XVII.

quæmcumq; postulat
 s, vincit cum seductio-
 Et cum exclamasset
 autem respondit eis
 Iudeorum: Nouerit
 sacerdotum. Sed pri-
 titus Barrabam ipse
 it eis: Quid ergo vultis
 i uero rursum clamate.
 Enimvero quid malite-
 eum. Pilatus autem uo-
 cesum flagellatum tradidit.

us in sua passionis et morte
 undo fors futura sit, et quid
 us apparet, quod sit in illa
 e: Quorum alij remanent
 ier nimis suo patrociniis
 illi enim plus quam bellicis
 nocentem esse intelligat, tamen
 res conuertitur, & promittit
 illum derinet. Sed hoc rem
 elucescit, & ipse suam
 nocentiam tot religio-
 o, sed euentu infeliciter
 obitate falsi amittit. Christus
 vera pietatis sensus monentem
 one humana potius quam De-
 rum insidias deprendit. De-
 mus, quæ hinc et illuc in

presens in die festi populi
 e. Erit autem hic uetus
 qui proposita hac misericordiam
 atorem reddere, adeoq; Deum
 e liberauerat, ut ipsi quædam
 ni illis reliquerunt, vt populi
 quibus amissa libertas daretur,
 nobis consyderandum uenit,
 de suo aliquid addere cupit, hinc
 ei insinua uolunt, & con-

Humilitas Christi
sui nostrae salutis
seruit.
Eccl. 10.

Incerim obseruabimus, hanc filij Dei humiliatione non temere factam fuisse, sed ad nostram salutem primum causam pertinere. Quia enim superbia Adam peccauerat, quam hoc nomine peccati committentium Sapiens dixit, Christum exremē humiliari necesse fuit, ut ita superbia culpa expiaretur. Quia Adam honores diuinos male affectauerat. Latroni igitur confertur, imo posthabetur, ut nos quoque consolatione dulcissimam affert, ita ad uitae & mortis inlitione plurimum conuertit. Primum admonemur, patienter ferendum esse contemptum & ignominiam, nec audiendam esse carnem, quae naturam sic ambitiosior, rix quicquam fere impatientius, quam si praeter meritum se indignum contemnat. Deinde ne superbi & fastuosi contra Deum & proximum offeramur, Christi exemplum contemner. Quid enim indignum est, magis, quam contra Deum offerri eos, quorum nomine Dei filius est humiliari voluit, ut latroni postponeretur. Aut cur non pudet proximum contemner? Vt alique rationem quem Christus suae humiliationis merito ad caelestis gloriae consortium contemneret, & ipsi contemneret, ut propter generis ignobilitatem, egestatem & conditionis tenuitatem videri foret, quem Deus ipse in Christo filium agnoscat & heredem? Quoties ergo imato ambitionis aestro nos exagitauerimus, ad Christum respiciamus, & ita mox crista concident, quas nimis alte eramus erecti.

Sacerdotes populo
persuadent,
ut Barrabam
pescat, &c.
Ioan. 11.
Act. 5.

Sed ad historiam reuersi, Principes sacerdotum videamus, qui secundum locum in iustitiam se obtinere. Dicuntur hi populum coitauisse (Matthaeus persuadendi verbo vult) ut Barrabam sibi dari postularer. Quibus rationibus hoc effecerint non exprimitur, sed credibile est non aliam quam quibus in concilio vti fuerunt: Esse nimirum hominem seditiosum, & periculum esse, si saluum velint, Romani totam gentem seditiosis suspectam habent, & inuisis exercitiis omnem crudeliter deuasent. Et fortassis exempla adduxerunt Iude Galilai & Thaddaei, & similia, qui non ita pridem seditiosis suis consilij reipublicae ingens damnum dederant. Subter omnes eloquentiae vires intendere, qui populi leuitate ad veritatis oppressionem abuti inueniant. Et est hoc memorabile exemplum, quo admonemur, quantum mali ex corruptis praesidiis erigatur. Si enim ut poeta dixit, Mobile mutatur semper cum principe vulgus, multo plus in illo modo possunt, qui cum politicis rationibus religionis quoque pretextum coniungunt. Et vtrumque non rude modo vulgus ab illis seduceretur, & non simul etiam reges ac principes decepti illorum consilia atque conatus adiuuarent. Audiuntur enim passim in vulgo, in foro, in aula regum, in templis, in ciuitatum vinctorum rationes, quibus & prophanos & religiosos homines in veritatis calumniae stum adducunt. Nam si in eos incidant, quos nulla religionis cura tangi sciunt, de dissidiis, contentionibus & bellorum periculis quiritantur, quorum omnium causam in nouos doctores & Euangelij praedicationem reijciunt. Apud pios vero & religiosos doctrinam pietatis corrumpti, veterem cultum euerti, sacramenta cum templis prophanari, Diuos Diuasque horribiliter proficiliis, & inuoluntate, & ne nos extra culpam omnem constitutos putemus, si antistitum consilij non haberi in Veritatis & piorum oppressionem consentiamus. Fecerunt hoc Iudaei, & grauius quidem excruciatum fuit Sacerdotum scelus, ac tamen in miserum quoque, vulgus horribiliter sensit, quia Deus indignam filij sui mortem esse vultus. Quare admodum noxius illorum error est, qui magis uelut ecclesiasticis proceribus simpliciter obtemperandum esse putant, & ita sese ipsorum impietati & caeculencia ministros constituunt, &c.

Populi Iudaei
ingratitude et
crudelitas.

Et hoc quidem populo Iudaeo etiam accidisse, sequens historia testatur. Primo enim cum Pilato inexpectata postulatione percussus interrogaret, quid de Christo uellent fieri, quem plerique Regem Iudaeorum dicant, illi crucifigi petunt. Fuit hoc ingens scelus, et crudelitas non uulgus, et regnum. Scelus est, quod occidi uolunt eum, quem nullius criminis aduersarij ad hoc conuenerat, cum homicidij a Deo praescriptas non ignorarent. Crudelo autem fuit, quod non ad mortis modo, sed ad mortem poscunt hominem innocentem, quo supplicij genere nullum illo tempore atrocius erat, & ignominiosius. Deinde Pilato (ut Ioannes scribit) non sine exprobratione acuta satis interrogante, Regem uestrum crucifigam? Respondent illi: Non habemus regem, nisi Caesarem. Quibus uerum non modo Christum abnegant, sed promissiones olim patribus datas turpiter reijciunt, quae omnia Regem

Gene. 9.
Num. 35. etc.

Regem Messiam venturum docebant, qui populum ex diaboli seruitute in libertatem filiorum Dei assereret. Quamcumque ergo in se esse, cum patribus ipsos quoque prophetas damnant, qui omnem salutis spem in promisso saluatore repositam habuerunt: et cum hunc nobis Deum verum, eternum & san-ctum describerent, illi Casarem preferunt Tiberium, hominem non modo mortalem, verum etiam ty-rannicum & monstrum libidinis. Fuit ergo hac vox indigna plane, & que sola merebatur, ut Casarem sentirent crudelissimum, quem Christo saluatore preferre non puduerat. Nec tamen ad huc quie-scunt, sed Pilato de innocentia Christi apercius testantur, & querunt quodnam ob crimen occisum seunt, sed Pilato inanis clamoribus obstrepunt, & hoc vnum subinde vociferantur: Crucifige eum, crucifige. Adhuc Pilato solenni manu ablutione culpam omnem abs se reiicienti, illi oclamant: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Qua voce nihil horrendum magis dici poterat, vel audacius. Cum enim Deus innoxii sanguinis reatu pollutus suam iram in lege deuincit, quid hoc aliud fuit, quam huius iudicium contra sese & posteritatem omnem prouocare? Cum primis tamen hoc loco quodammodo excusari non potest, illi tamen latronem preferunt, nec aliqua proprii honoris cura tanguntur, qui non leuiter violabatur, cum latronis patrocinium & defensionem susciperent. Præterea Pilatum grauius & non sine rationibus sese produnt egregie. Qui enim Christum occidendum sacerdotum blanditiis: qui interim suo iudicio aut bores sunt, ut sediciosum & latronem sibi do-esse dixerat, ne seditionem excitaret, nunc populo aut bores sunt, ut sediciosum & latronem sibi do-nari petat. Postremo nec rationibus, nec tristis et sanguinolento Christi flagellati spectaculo mirari possunt, sed clamoribus seditionis Pilatum cogunt, ut ipsis morem gerat. Dignissimi ergo fuerunt, qui postea seditionibus bellum sibi ipsi accerserent, quo horribiliter & incomparabili crudelitate excisi sunt. Atqui vicinam hodie non similia publicæ & priuatim ferent, Scimus enim Euangelij professores & totas ecclesias interdum impiorum artibus ita circumueniri, ut fidos pastores ad la-nienam excludant, dum paci publice non aliter consuli posse persuasi sunt. Sunt etiam, qui Euange-lij doctrinam prorsus abijciunt, ut hostium animos sibi concilient. Quoties verò priuatim Barrabas Christo preferunt, quando multi ab hoc potius excludi & manifestam salutis iacturam facere vo-lunt, quam à sceleribus refugere, quibus totam fidei sue professionem polluant, adeoque Christum ip-sum (quantum in illis est) crucifigunt? Sæpius igitur Christo impudens scorum, aut turpe lucrum, aut secundum impietatis studium, aut alia immanissima scelera anteponunt, qui nullis admonitionibus vel minis se in viam reuocari patiuntur. Sed discent omnes illi olim magno suo malo, quam seueriter Deus filij sui contemptum vitiscatur. Nos verò meriti illius fiducia erecti iniurias & aduersa quæ-que patienter feramus, ut cum eodem olim in caelis regnare liceat. Ipsi debetur benedictio, honor, glò-ria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A C X X V I I I .

Milites autem abduxerunt eum intra aulam, quod est prætorium, & conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura, & circumponunt ei plexam coronam spinæ am: & ceperunt eum salutare: Aue rex iudæo-rum. Et uerberabant illius caput arundine, & inspuabant in eum, ac summissis genibus adorabant illum. Et cum illussissent ei, exuerunt il-lum purpura, & induerunt illum uestibus proprijs: educuntque eum ut crucifigerent eum. Et cogunt prætereunte quendam Simonem Cyrenæum, qui ueniebat rure, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

Quemadmodum Dei filius cum in terris ageret, in omnes homines beneficia magna & salu- Argumentum
aria contulit, nec aliquem ad se uenientem est aspernatus: Ita cum mortis ipsius tempus in- et ipse præsen-
staret, omnis ordinis et loci homines incomparabili ingratiudinis exemplo in illum peccarunt. Nam tis loci.